

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Philosophia f  
cum uariis

Quicumque ad scienciam pertingere cupit, si relictis ueritate arcium reliquis se implicare uoluerit, materiam laboris ut non dicam infinitam plurimam inueniet et fructum exiguum. Quapropter michi uidetur primum operam dandam esse artibus ubi fundamenta sunt omnium et pura simplaque ueritas aperitur; et ideo errant qui relictis artibus quasdam sibi sciencias eligunt in quibus se posse fieri perfectos putant.

Hugo in didascalicon libro III.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Philosophia] Philosophus L<sup>2</sup>; ad *om.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; pertingere] contingere P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; non] ita P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; plurimam] plurimamque V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; fructum] fructuum B; dandam esse artibus] artibus dandam esse C; pura] puraque B, plura M; simplaque] simplexque P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; errant] errant V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; posse] per se M; perfectos] perfectus C